



**Chronicon Monasterii Bödecensis Ordinis Canonic. Regul.
S. Augustini in Diœcesi Paderbornensi**

Probus, Johannes

Monachij, 1731

VD18 12260568

Caput XLV. Quòd plures occurrerint ad secum coabitandum, & quòd
multos investiverit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64645](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64645)

C A P U T X L I V .

*Quod sacras Reliquias procuraverit , eásque multum
veneraretur.*

INsuper quia idem devotus Pater Sanctorum Reliquias speciali devotione confueverat venerari , idcirco à diversis locis plurimas reliquias per semetipsum procurandō Monasterio B. MEINULPHPHT apportavit , prout in præsentiarum cernitur esse factum , interdum etiam idem devotus Pater ex magna veneratione , quam sanctis libenter impendebat , fieri ordinavit , ut interdum , cùm Reliquiæ à foris jamjamque ad portam supradicti Monasterij pervenerant , tamdiu ibidem detinerentur cum reverentia , donec Conventus Choralibus vestimentis indutus processionaliter obviam veniens easdem cum sonoro cantu humiliter ad Ecclesiam apportaret : ibidemque parumper statione facta , & collectis congruis de hujusmodi Sanctorum Reliquijs per Præsidentem lectis easdem ex summo Altari ardenti cereo ante posito ad tempus pro majori devotione Fratrum obtinenda stare permittebantur , tamque devotus idem Prior ad Sanctorum Reliquias habebatur , ut cùm per Ecclesiam transitum ficeret , ire ad Chorum volens , sacris Reliquijs , quas in Capsa Joannis Baptiste propè viam collectas noverat esse , honorem eis exhibens multum reverenter , & devotè ad easdem sese inclinavit .

C A P U T X L V .

*Quod plures occurrerint ad secum cohabitandum , &
& quod multos investiverit.*

ET quia gratiam attractivam habuit , ut præfertur , terramque latam ac spatiösam plurimis cultoribus indigentem , pius Dominus DÉUS ex sua pietate taliter ordinavit , ut tam Laicorum , quam Clericorum ad coabitandum confluere multudo , quibus omnibus , prout in sequentibus patet , novit per optimè gerere morem , etiam tempore , quo idem Venerabilis Pater supradictum rexit

rexit Monasterium, adventantes Clericos investivit, nec non competentem numerum instituit pro conversis; ferebatur namque idem Pater tanto Zelo animarum, quod in uno Anno 14. Clericos investiverit, quibus ego, licet nondum bonus discipulus extiterim, ordinatus eram in Magistrum, etenim cum tractandum fuerat in Conventu de investiture quorundam Clericorum, idem Prior, quia præcipuus erat Zelator animarum, omnia, quæ ad hoc perferre potuit, ut assumerentur, peregit studiosè, insuper inter alia ajebat, *Fratres attendatis, misericordiam in perentibus jam facere non cessatis.*

C A P U T X L V I .

Quod ex Horis Canoniciis semper deberent fructum trahere maximè laboravit.

SÆpius etiam contigit, quod idem Venerabilis Pater post dictas Primas in loco Capitulari quosdam Fratres, aut quasi omnes, unumque singulariter tamen interrogavit, qualem fructum ex tum dictis Primis vel etiam ex præcedentibus Matutinis sibi extraxisset, per hanc enim exercitationem Fratres suos multum sollicitos reddidit, ut spiritualem fructum ex Horis Canoniciis & Divino Officio ad eorum profectum haurirent & retinerent, impletique in eis, quod S. Augustini Regula præcipit: *Hoc versetur in corde, quod profertur in ore.*

C A P U T X L V I I .

De hoc quod Fratres interrogavit, quale vitium eos maximè infestaret.

IN prædicto etiam Capitulari loco, ut Fratres nociva tentatione contempta in spiritu liberos redderet, sæpiissime à quibusdā sciscitabatur, quo vitio & tentatione maximè tentarentur? Ad quam interrogationem hi, qui ad puritatem cordis præ ceteris virtutibus anhelabant, Prælato suo tale responsum dederunt: *Pater libenterius*